

uitare, pro eius amore mortem subire non differo,  
qm̄ non ueni uoluntatem meā facere. **Imitemur** &  
nos pro modulo nostro caput nostrum, ut qui sine  
peccato esse non possumus, pro iustitia persecutiōes  
pati non timeamus. quia sicut ait **Petrus apostolus**, *1. Petri. 2:*  
**Christus passus est pro nobis, uobis relinquēs exem-**  
**plum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum nō fe-**  
**cit, nec inuētus est dolus in ore eius. Et impleatur** *Matth. 5:*  
**in nobis, quod dñs ait in euangelio: Beati qui perfecti-**  
**onem patiūtur propter iustitiā. Hinc & apostolus**  
**Petrus nos admonet alibi, dicēs: Nemo uestri patia-**  
**tur q̄si homicida, aut fur, aut adulter. Si aut̄ ut Chri-** *1. Petri. 4:*  
**stianus, non erubescat, sed glōrificet deū in isto noīe.**

**FERIA SECUNDA**

Pentecostes. Iohā. III.

**In illo tempore dixit Iesus discipulis suis:**  
**Sic deus dilexit mundum, ut filium suū**  
**unigenitū daret, ut om̄s qui credit in ipso,**  
**non pereat, sed habeat uitam. Et reli.**

**V**nde notandum, quod eādem de filio dei uni-  
genito replicat, quæ de filio hoīs in cruce exal-  
tato promiserat, dicēs: **Ut om̄s qui cre-**  
**dit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æter-**  
**nā: Quia profecto idem redemptor & conditor no-**  
**ster, filius dei ante secula existens, filius hominis fa-**  
**ctus est in fine seculorum, ut qui hos per diuinitatis**  
**sue potentiam creauerat, ad perftruendam uitæ bea-**  
**titudinē perēnis, ipse per fragilitatē humanitatis nō-**  
**stræ nos restauraret, ad recipiendam quam perdidit.**

mus uitam. Sequitur: Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. ] Ergo quantum in medico est, sanare uenit ægrotū, sed interimitur, qui p̄cepta medici seruare non uult. Venit saluare mundū. Quare saluator dictus est mūdi, nisi ut saluet mundum, nō ut iudicet mundū? Saluari nō uis ab ipso: ex te ipso iudicaberis. Et quid dicā iudicaberis? Videre quid ait: Qui credit in eum, nō iudicatur. Qui autē non credit, quid dicturum sperabas, nisi iudicetur? Jam, inquit, iudicatus est. Nondū apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. Nouit dñs qui sunt eius, nouit qui permaneant ad coronam, & qui permaneant ad flammam: nouit in area sua triticum suum, nouit & paleam, nouit & segetem, nouit zizaniā. Iam diiudicatus est qui non credit. Quare iudicatus est? Quia nō credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autē iudicium, quia lux uenit in mundū, & dilexerunt hoīes magis tenebras q̄ lucem. Erāt em̄ eorū mala opera. ] Fratres mei, quorū opera bona inuenit dñs? Nullorum. Omnium enim opera mala inuenit. Quō ergo quidam fecerunt ueritatem, & uenerunt ad lucem? Hoc sequitur. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestetur opera eius, quia in deo sunt facta. Quomodo ergo quidā bonum opus fecerūt, ut uenirent ad lucem, i. ad Christum? Et quomodo quidā dilexerunt tenebras? Si enim om̄es peccatores inuenit, & om̄es à peccato sanat: & serpens ille in quo figurata est mors dñi, eos sanat qui morfi fuerant: & propter morsus serpentis erectus est serpens, id est, mors domini propter mortales homines, quos inue-

nit iniustos. quomodo intelligitur, **Hoc est iudiciū,** **Johā. 5**  
 quoniam lux uenit in mundum, & dilexerunt homi-  
 nes magis tenebras quā lucem. Erant enim eorū  
 mala opera. **Quid est hoc?** Quorum enim erant ope-  
 ra bona? **Nonne uenisti ut iustifices impios?** Sed dile-  
 xerunt (inquit) magis tenebras quā lucem. Ibi po-  
 suit uim. **Multi em̄ dilexerunt peccata sua,** multi con-  
 fessi sunt peccata sua: quia qui confitetur peccata sua,  
 & accusat peccata sua, iam cū deo facit, **Accusat de-**  
**us peccata tua,** si & tu cum accuses, cōiungeris deo.  
**Quasi duæ res sunt,** & hō & peccator. **Quod audis**  
 homo, deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fe-  
 cit. **Dele quod fecisti,** ut deus saluet quod fecit. **Opor-**  
**ter ut oderis opus tuū in te,** & aures in te opus dei. **Cū**  
**autē cōperit tibi displicere quod fecisti,** inde incipi-  
 unt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. **Ini-**  
**tiū bonorū operū tuorum,** cōfessio est operum ma-  
 lorum. **Facis ueritatem,** & uenis ad lucem. **Quid est**  
**facere ueritatem?** **Non te palpes,** non tibi blandiaris,  
 non tibi aduleris, nō dicas iustus sum, cū sis iniquus,  
 & incipis facere ueritatem. **Venis autem ad lucē,** ut  
 manifestetur opera tua, quia in deo sunt facta. **Quia**  
 & hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuū, non  
 tibi displiceret, nisi deus tibi luceret, & eius ueritas tibi  
 ostenderet. **Sed qui etiam admonitus diligit pec-**  
**cata sua,** odit admonētem lucem, & fugit eā, ut non  
 arguantur opera eius mala, quæ diligit. **Qui autē fa-**  
**cit ueritatē,** accusat in se mala sua. nō sibi parcat, nō sibi  
 ignoscit, ut deus ignoscat. quia quod uult ut deus  
 ignoscat, ipse agnoscit, & uenit ad lucem: cui gratias  
 agit, quod illi quid in se odisset ostenderit, & dicit deo:  
**Domine, auerte faciem tuam a peccatis meis. Et ga-**

frustra dicit, nisi iterum dicat, Quoniam facinus meum ego agnosco, & peccatum meum contra me est semper, sit ante te, quod non uis esse ante deum. Si autem post te feceris peccatum tuum, retorquet tibi deus illud ante oculos tuos: & tunc retorquet, quando iam penitentiae fructus nullus erit.

## FERIA TERTIA

Pentecostes. Iohan. X.

**I**n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Et reliqua.

**P**ropter pharisæorum qui se uidere iactabāt, cū cæci erant, uenenatam & superbam & insanabilem arrogantiam Dominus Iesus ista contexit, quæ in hac parabola leguntur, quam ipse illis non intelligēbus exponere dignatus est. in qua nos salubriter (si aduertamus) admonuit nō gloriari in sapiētia humana, non in morum dignitate, sed in humilitate fidei catholicæ, quæ in Christum non desit. Multi enim sunt pagani, qui secundum quandam uiræ huius consuetudinem dicuntur boni homines, innocentes, & quasi obseruantes ea quæ in lege præcepta sunt, deferentes honorē parentibus suis, non mœchantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facientes, nō falsum aduersus quenquē testimonium perhibentes, non concupiscentes domum proximi sui, non desiderantes aut uxorem aut seruum aut ancillam proximi, & cætera talia quæ in lege mandata sunt, uelut obseruāt